fuit cõsulibus per quedam servũ vitelliorum et lite
re que mictebantur a cõiuratis ad Tarquiniũ de
urbe tradenda portate sunt ad cõsules. lega
ti et cõiurati cõprehensi fuerũt et in carcere positi.
Ius gentiũ valuit pro legatis quamvis culpabiles
essent. nã nõ fuerũt dãnati. bona tarquiniorũ
que iã iudicata erant restituenda Regi, conces
sa fuerũt plebi derobanda. Campus tarquiniorum
qui inter tiberim et urbem erat consecratus fuit deo
marti. qui postea appellatus est campus martius
Cum autem nullus attentaret accipere fructus illius
campi quia res sacra erat frondes arborum et bla
dum deiecta in tiberim cum retenta fuissent propter par
vitatem aque. et limus et arena supervenissent
facta est insula. de proditoribus sumpta fuit pena.
duo filii Bruti consulis stabant separati ab aliis
ligati ad paliũ et pater consul presens erat. de mandato
consuliũ illi nudati verberati fuerũt virgis
et securi percussi. nec brutus mutavit vultum.
Unde valerius libro quinto capitulo sexto dicit quod br
utus similis fuit Romulo in gloria. nã Rom
ulus fundavit Romã. Brutus vero Romanam
libertatẽ. et expoliavit pietate patris ut
conservaret dignitatẽ cõsularẽ. voluit enim
potius vivere orbatus filiis quam publicam vindictã
dimictere. Orosius autem libro secundo dicit quod brutus
nõ solũ assimilari voluit primo Regi sue civitatis

Brutus dãnavit filios ad mortem

Valerius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_926/0091
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG